deorsum. pulcher ramus est quia ascendit
ad celum. et hic se extendit in altum. Ecce
quam magna arbor. que se in latitudine
per mundum se infundit rate in fluuium.
in altitudine super celum extendit. pulchri
quoque rami sunt. Caritas scilicet. humili
tas scilicet. et hic paciencia scilicet. et hic volu
cres in huius ramis quiescentes sunt anime
operibus et exemplis scilicet. fide et amore in
herentes. Quam dulcius volucres in huius
ramis cantant. dum anime credentium
alacriter deum laudant. Colo. iii. Commo
nentes vos metipsos in psalmis. ym
nis. et canticis spiritualibus in gratia cantan
tes in cordibus vestris domino. Ambrosius. Quis
sensum hominis non erubescat sine psal
morum. celebritate diem claudere. cum
minutissime aves sollempni devo
tione. id est. dulci carmine ortum diei
prosequantur. Quam delectabiliter avicula
Christi anima laurentii. in dicta arbore
requievit dum incendium mundi sui. id est.
corpus suum cremari lentum pendit in super
gratias agendo dulciter cantavit. De
ii. Dicitur hic nisi granum frumenti. etc.
Hoc granum perficientes confortat in granum
dei mandatorum via dei que restat eis
ad celum. ps. panis cor hominis confirmat
etc. grano frumenti bene comparatur christus.
frumentum enim messum ligatur trituratur
molitur coquitur comeditur sic et christus
ligatus est. Johannes. xix. Comprehenderunt
ihesum et ligaverunt eum. Augustinus. liga
tus est qui solvit compeditos. Item flagel
lis trituratus est. Jo. xix. Tunc apprehen
dit pylatus ihesum et flagellavit.
Eya christiane si granum purissimum sic
est flagellatum quomodo tu sine
flagellis in celeste intrabis
horreum. Secundum quod est granum anime
tue. ut flagelletur tribulationibus. Aut. ii. Augustinus.
quod lima ferro. et fornax auro. quod fla
gellum grano. hoc facit iusto tribulatio. Item
in mola crucis attritus est. ysa. liii. attritus
est propter scelera nostra. Item in clibanum ignis
missus est. De hoc precipitur levitici. ii. Quod pa
nis de clibano offerri debuit absque fer
mento. et conspersus oleo. panis christum.
clibanus infirmum. fermentum culpam.
oleum graciam signat. Item comeditur coti
die sacramentaliter. et spiritualiter. Matthei. xxvi. De sacramento
accipite et comedite hoc est corpus meum.
Sed heu multi comedunt ipsum non spiri
tualiter. quorum spiritus et vita non concordat cum
christo. Augustinus. Qui discordat a christo non carnem christi
manducat nec sanguinem christi bibit. et si
tante rei sacramentum ad iudicium sui co
tidie accipit. panis iste ihesus christus no
bis in pascha ita calidus ministratur. sicut
illo die venit de clibano. unde sicut buti
rum in pane calido. ita cor nostrum liquefieri
debet in hoc sacramento. beatus laurentius. pro hoc
pane calido se in craticula calidum op
tulit domino. De iii. ysa. lxv. Sicut inve
nitur granum in botro. et dicatur ne dissipes
illud quia benedictio est. etc. granum nobi
lissimum in nobili botro. fuit christus in sancto apostolorum
collegio. Sed hoc granum excussit alys grana
uis propter tempestatem passionis. qui solu
m veniebatur. quando discipuli omnes relic
to eo fugerunt. De hoc grano dicitur ne dissipes
illud. Quod iudee tibi dicitur ne dissipes illud
in corpore suo per passionem. Christiane tibi dicitur
ne dissipes illud in corde tuo per prevari
cationem. Quare. Certe quia benedictio est.
In hoc. n. grano consistit. omnis benedictio.
Ephe. i. Qui benedixit nos in omni benedic
tione spirituali in celestibus in christo. hoc granum
mirabile est dulce in gustu anime de
vote. huius grani virtus mirabilis est.

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat 5, (seq. 25) – Commentarius in loca S. Scripturae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-i1sl/1275/17133)